Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

instrumentum unum ad faciendum quod potest. erit igitur aliquod instrumentum. Hoc autem est oratio quae partim in ciuili genere uersatur partim minime. De ea autem oratione loquimur quae habet aliquam questionem. et quae ad fidem expediendae questionis accommodatur. Ea igitur oratio quae in ciuili genere uersatur tanque decurrit. Ea autem quae non est in ciuilibus causis interrogatione et responsione explicatur. Sed propter rethorica. secundum dialectica nuncupatur. Quae superiore differt hoc. primum quod illa ciuiles ynnoeecie. illa oeecie considerat. Deinde quod illa continua oratione. illa intercisa pagitur. Et quod rethorica habet oratio pretem aduersarium iudicem. Dialectica autem eodem iudice. quo aduersario utitur. Ergo rethorica oratio habet partes sex. Proemium quod exordium est. narrationem. partitionem. confirmationem. reprehensionem. peorationem. Quae partes instrumenta rethoricae facultatis quam rethorica omnibus suis speciebus in se eisdem inerunt. Haec porro inerunt quam insidet quae pagunt administrabunt. Itaque in iudiciali genere causarum necessarium est ordo primum et narrationis atque ceterae. et in demonstratiuo deliberatiuoque necessariae.

Opus autem rethoricae facultatis. docere. mouere. Ad uehilominus isdem fere instrumentis sex idem orationis partibus administrat. Partes autem rethoricae ~~facultatis~~ quam partes sunt rethoricae facultatis ipse quoque sunt facultatis. Quocirca ipse quoque orationis partibus quasi instrumentis utentur in parte. Atque ut his operentur eisdem inerunt. Nam in exordiis uel quinque sunt supradictae rethoricae partes ut inueniat. eloquatur. disponat. meminerit. pronunciet. nihil agat orator. Eodemque modo et earum quae fere erant partes instrumentum nisi habeant omne orationis partes frustra sunt. Huius autem facultatis effector orator est: Cui est officium dicere apposite ad persuasionem. finis tum in ipso tum in altero. In ipso quidem ut bene dixisse. idem dixisse apposite ad persuasionem. In altero autem persuasisse Haeque enim si quae impediant oratorem quo minus persuadeat facto officio finis non est assecutus. Sed his quidem qui officio sunt congruus et cognatus assequitur facto officio. Is autem quae extra est saepe non assequitur. Haeque tamen rethorica suo fine contenta honore uacuabit.